



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Figura per Præpositionem Ad.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

pro tecum certat, & cum amore pugnabis.
Et, Reddidit una bonum vocem,
pro vna e bobus. Item similia. Aut propositi-
one detracta. Vt

— maria aspera iuro.

Et, Thyrrhorum nauigat a quor.
Item quæ sunt talia.

Ibidem.

Figura per personas. Vt si quis dicat, vos
superi Iupiter precor. Vt sunt ista.

Vos o Calliope precor a spirate canenti.

Et, Vos o patricius sanguis, quæ viuere fas est.

Item si qua sunt similia.

Ibidem.

Figura per numeros. Vt si quis dicat, po-
pulus locuti sunt. Vt

Pars in frustra secant, veribusque tremen-
tia figunt.

Et, Pars calidos latices, & abena undantia
flammis

Expediunt.

Et, sauique animis ignobile vulgus,

Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum,
quem

Conspexere, silent.

Ibidem.

Figura per præpositionem ad, modo semel,
& simplicem positam. Vt si quis dicat,
aduoluo illum, pro ad illum volo. Et accedo
illum, quasi ad illum accedo. Vt

Explorare locos, quos ventus accessit oras.

Et, Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur au-
res.

Euryali.

Et, Elestra, rot Graij perhibens, Atlantiæ cre-
tus,

Adueritur Teucros.

Modo simpliciter relata. Vt quin adeat ad
eum? aggrediar ad illum. Et si qua sunt ta-
lia.

Ibidem.

Figura per præpositionem in, modo semel
simplicem elatam. Vt

Inflans cum pinguis ebur, Thyrrhenus ad a-
ras.

Et, Tu calamos inflare leues.
Quasi in calamos, ebur, flare. Et apud Salu-
stium, atque eos à tergo incurrerunt, quasi in
eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. Vt

Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.

Et, Induit in florum, & ramos curuauit olen-
tes.

Et, Hunc in prona iugo lauum incumbetas in
armem.

Et si qua sunt similia.

Ibidem.

Figura per verborum qualitatem. Vt caput

velor, pro caput velo, aut capite velor. Vt,
Capite ante aram Phrygiæ volabar amicum.

Et, Elaua caput nebulæ oliua.

Et, — pseudum fuluis velatur pectora seris.

Et, — ans pacem Troiano ab rege petendum.

Et, — populare venates,

pro populati.

Figura per modos temporum. Vt cura dico,
libens fecero, pro faciam, vt

— donec me flumine viue.

Abluero.

Figura per aduerbiorum qualitatem. Vt

cum dicimus, Ad illum cono. Ad villam mo-
ror, pro apud villam. Et, terræ iacet, pro in
terra. Et, Domi, militiaque res gestas. Et, cu-
ius domo nota est annos sexaginta natus. Et,
tot annos bella gero.

Figura per Pleonasmum. Vt, Antiquum
obtinens. Vt, Mortem occumbere, & obire di-
em, & viuere vitam, & pugnare pugnam, &
ire iter, & oculis videre, &

— voce vocans Hecaten.

Et, Hunc oro sine me fieri ante furorem. . .

ac si qua sunt talia.

Figura per eclogam verborum. Vt cum
enuntiamus bonos dicere, fortes pugnare. . .

Item, da bibere, da cenare. Et,

Donat habere viro,

Et, Cuiusque metum, . . . lothumque inflare . . .

tremiscit.

Et, Da sternere corpus.

Et, — da iungere dextram.

Et, — quale per asinum.

Dulcis aqua saliente sitim, restinguere vi-
uo.

Et, Hoc ridere meum tam nisi, nulla tibi ven-
do.

Iliade.

Figura per eclogam aduerbiorum, Vt,
cum dicimus, magnum tonat, tumidum lo-
quitur.

Magnamque fluentem Nilum . . .

Et, — utque volutus ad terras.

Et, Immane sonat per saxa.

Et, — nec longum latabere.

Et, graue olentis Auerni.

Et, — horrendum intonat armis.

Et, Nauibus insandum, armis.

Et si qua sunt talia.

Figura per pronomina. Vt, nullus dix-
ris, pro ne dixeris. Et, Quis mulier.

Figura per eclogam nominum. Vt cum
dicitur.